unam personam per majorem partem fuerit consensum. Ipseque statim per seniorem scrutatorem palam pro electo publicetur. His itaque peractis, nullo alio juris ordine, processu sive solennitate, requisitis, illa persona sic electa, quam cito commode fieri poterit, per ipsum Vicepræsidentem, si id oneris sponte suâ subire voluerit, sin minus, per alium unum ex Sociis ipsius Collegii, per majorem partem ipsorum, aut, nullis in unum consentientibus, per solum Vicepræsidentem, nominandum, una cum literis electionis prædictæ formam, ac præsentis statuti, et juramenti per nominatum hujusmodi præstandi, tenores plenarie continentibus, sigillo communi dicti Collegii sigillatis, Domino Episcopo Wintoniensi, ipsius Collegii patrono, qui pro tempore fuerit, vel ipso iu remotis extra diœcesim suam agente, ipsius in spiritualibus Vicario generali, aut, sede Episcopali vacante, custodi spiritualitatis, præsentetur. Quibus quidem literis super hujusmodi electione et nominatione, modo et formâ prædictis, exhibitis, absque probatione aliâ, aut ulteriori causæ disquisitione vel cognitione, plenam fidem volumus adhiberi. Ipse vero Episcopus Wintoniensis, seu ipsius Vicarius aut custos spiritualitatis, cui dictam præsentationem fieri tunc continget, personam sic electam, absque morâ, dispendio, et sine processu judiciario, et absque impugnatione electionis, præficiat in Præsidentem. Si vero dominus Episcopus supradictus, aliusve ex prædictis personis ad quem dictum præfectionem spectare volumus, ut præfertur, intra duos dies a tempore præsentationis sibi factæ continue numerandos, noluerit personam in formâ supradictâ præsentatam præficere in Præsidentem, ex eo tempore electus hujusmodi eo ipso, præsentis nostri statuti vigore, in Præsidentem nostri Collegii sit præfectus, et pro vero legitimo ac perpetuo Præsidente ibi habeatur.

present Statute, and of the oath to be taken by the President elect. If the Bishop of Winchester be at a distance from his diocese, the letter is to be delivered to his Vicar General; if the See be vacant, to the keeper of the spiritualities. To this letter we would have full credit given, without any proofs or further inquiry into the matter. And let the Bishop of Winchester, his Vicar General, or the keeper of the spiritualities, to whom the President elect shall be presented, appoint him President without delay, without judicial process, and without impunging the election. But if the said Lord Bishop, or other person to whom the presentation is to be made, shall fail within two days to declare him President, then the person so elected as aforesaid shall *ipso facto* by virtue of the present Statute be made President of the College, and be held there as its true, lawful, and perpetual President.

Cap. 3.—*De juramento Præsidentis.*

Tametsi optimus quisque ad subeundam curam fideliterque obeundum officium suâ sponte esset incitatus, ut tamen magis sit suæ memor salutis, omnem pellens negligentiam, ignaviam, Præsidentem arctiori vinculo astringendum censemus. Volumus itaque ut prænominatus Præsidens statim post præfectionem et confirmationem (si hujusmodi præfectio et confirmatio tunc fiant), cum ad Collegium redierit, sive ab eo cui præsentatur præfectus fuerit, sive non, in præsentiâ omnium Sociorum nostri Collegii tunc in Universitate præsentium, antequam quovismodo administret, tactis et inspectis per eum sacrosanctis Evangeliis, subscriptum præstet juramentum: "Ego N., in Præsidentem Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniensi nominatus et præfectus, juro, tactis et inspectis per me his sacrosanctis Evangeliis, quod dictum Collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates et privilegia, et bona quæcunque, ejusdem, nec non omnes et singulos Socios, scholares et discipulos, ipsius Collegii, juxta statuta et ordinationes ejusdem, absque personarum, scientiarum, facultatum, generis aut patriæ, acceptione quâcunque, pro meâ virili regam, custodiam, dirigam et gubernabo, et per alios regi, custodiri et gubernari, faciam. Nec ero factiosus, magis favens uni quam alii, contra justitiam et fraternitatis amorem, nec eorum alicui gravamina vel molestias injuste inferam. Correctiones quoque, punitiones et reformationes debitas, justas et rationabiles, de quibuscunque delictis, criminibus et excessibus, Sociorum, scholarium aut discipulorum, dicti Collegii, quoties, ubi, et quando opus fuerit, secundum rei qualitatem et quantitatem, omnemque vim formam et effectum ordinationum et statutorum, absque favore aut odio, affectione consanguinitatis, affinitatis, aut aliâ quâcunque, diligenter et indifferenter faciam et exercebo, et ea per alios fieri

Chap. 3. – *Of the President's Oath.*

Although a good man would be ready of his own accord to undertake the charge and faithfully discharge his duties, yet we think that the president should be bound by a stricter obligation, in order that he may be more mindful of his own salvation, and avoid all negligence and indolence. We enact, therefore, that the President shall, immediately on his return to the College after his appointment and confirmation (if his appointment and confirmation then take place), and whether he was appointed by him to whom he was presented or not, take the following oath, in the presence of all the Fellows of the College then in the University, before he in any way discharges the duties of the office:—" I, N. " named and appointed President of Corpus Christi " College in the University of Oxford, do swear " upon these Holy Gospels that, to the best of my " power, according to the Statutes of the College, I will rule, guard, govern, and direct, and " cause to be ruled, guarded, governed and directed " by others, the said College, all its benefices, " lands, tenements, possessions, spiritual and temporal revenues, rights, liberties, privileges, and " its goods whatsoever, and also all and every the " Fellows and Scholars of the said College, without " any partiality in respect of persons, sciences, " faculties, kindred, or birth-place. I will not be " factious, nor favour one more than another, contrary to justice and brotherly love, nor will I " unjustly inflict vexation or annoyance upon any " one. I will also, with diligence and impartiality, " wheresoever and whensoever the faults, crimes, " and transgressions of the Fellows, Probationers, " or Scholars require it, correct, punish, and amend " in due, just, and reasonable measure, according " to the nature and degree of each offence, and the " force, form, and effects of the Statutes and Ordinances; and so I will cause others to correct, " punish, and amend. Also I will, with all dili-